18/12 1653

Matthias Lubienski Dei et Aplicae Sedis gratia Archiepus Gnesnen. Legatus Natus Regni Poloniae Primas Primusque Princeps

Significamus praesentibus literis Nris quorum interest universis. Quia Nos Excellentis Gabrielis Agurski Artium et Philae Baccalaurei Capellae Musicorum Nrorum Magri, ac Cancellariae Nrae Iurisconsulti optimam Indolem in utroque iure tam Canonico quam Civili tum et Musica peritia et ad quaevis obsequia Nobis et Ecclesiae praestanda Studium ac diligentiam commendatam habentes, eidem intuitu praemissorum Advocatiam in Oppido Nostro Piątek post decessum olim Nobilis Joannis Wargoski ac Reginae Keningum ad dispositionem Nram devolutam dandam et concedendam esse duximus, uti quidem cum omnibus ipsius aedificiis agris pratis pascuis et universis attinentiis ad eandem Advocatiam ex antiquo spectantibus, nullis penitus exceptis, quas hic pro expressis haberi volumus, damus et conferimus ad extrema vitae ipsius tempora subratihabitione tn Illrium et Admodum RR. DD. Praelatorum et Canonicorum totiusque Venbilis Capituli Almae Nrae Ecclae Metropolit. Gnesnen. Fratrum Nostrorum Charissimorum atque ea conditione ut iuxta originale Privilegium oneribus ad quae subeunda Advocatus Piątkowien. pro tempore existens tenebatur, satisfaciat. Quoties autem ipsum a dicto Oppido abesse, ita ut supradictis oneribus tum persona sua satisfacere non potuerit contigerit, toties in locum suum aliquam aliam personam iisdem oneribus sustinendis idoneam delegare et substituere teneatur. Promittimus autem pro Nobis et Illmis Successoribus Nris quod durante vita ipsius, ab usu et possessione dictae Advocatiae non amovebimus nec Successores nri amovebunt. Ipso vero vita functo dicta Advocatia cum suis attinentiis non prius ad Nram Successorumque Nrorum dispositionem redibit, quam Successoribus ternis summa pro aedificiis antiquis per Commissarios praefati Venbilis Capli Nri taxandis, ac per ipsum hucessoribus dicti Wargoski solvendis, vel ex taxa novorum aedificiorum per eundem construendorum et reformandorum persoluta fuerit, dempta tamen ipsius quarta parte iuxta Constitutionem Comitiorum de Summis Advocatiarum in quarta sui parte extinguendis Anno Dni 1634 Varsaviae sancitam Iuribus Nris et Ecclesiae salvis per omnia manentibus. In cuius rei fidem easdem manu Nra subscriptas et Sigillo communiri iussimus. Datum Lovicii 20 Mensis Aprilis Anno Dni Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Praesentibus Illribus et Admodum RR. ac GG. DD. Andrea Olszowski Curiae Nrae Cancellario Alexandro Magnuski Gnesnen. Vladislavien. Lovicien. Cantore Curiae Procuratore Matthaeo Iudicki I.V.D. Gnesnen. Vladislavien. Canonicis S.R.M. Secretariis Andrea Sarnowski Joanne Sokolowski et aliis plurimis Aulicis et familiaribus Nris. Matthias Lubienski Archieps Gnesn. Stanislaus Slawienski Cancellarius Eps

30

(Locus Sigilli Archiep.)

Anno Dni 1653 die vero 18 Mensis Decembris Skierniewiciis coram Illmo Principe et Rmo Dno D. Andrea Comite de Leszno Dei Gratia Archiepo Gnesnen. productum et approbatum.

(Locus Sigilli Capituli)